

Aliud

Aurum potabile quod est desumptum ex
Testamento Fratris Basil. Valentini.

Summum atq; primum aurum potabile, quod
Deus Opt. Max. in totam naturam collocavit,
est probè excocta, præparata & fixa substantia, la-
pidis nostri universalis, priusquam illa fermenta-
tur, nulla major, præstantior, & excellentior me-
dicina universalis, & aurum potabile, potest in
tota natura per orbem universum terræ reperiri,
aut in lucem proferri cœleste siquidem est Balsa-
num, quoniam ipsius principia & prima exor-
dia, ex cælo originem sumunt, & in terra forman-
tur, postea verò, post suam summā puritatem, ad
summam perfectionem deducuntur. De quo pri-
mo exordio, primaq; origine, hujus cœlestis sub-
stantiæ ego quidem fusè satis & quantum necef-
sitas postulat, scripsi, ut hic repetitione non opus
esse existimem.

Quemadmodum verò excocta ejusmodi &
perfecta substantia, summa, principalis & maxi-
ma universalis medicina microcosmi est, sic vice-
versa illa ipsa materia, post suam fermentationem
etiam tinctura est, & summa, maxima, & poten-
tissima est medicina, omnium metallorum, quæ
per hanc ad summam depurationem & valetudi-
nem perfectam, nempe in purissimum aurum
possunt transformari, & transmutari. Et sic hoc
aurum potabile summum & maximum, atque
universalis est in medicina, totius mundi, de quo so-
lo, multa librorum volumina possent produci.
Quoniam ipsius præparatio antehac in tertia par-
te secundum omnes circumstantias est descripta,

&